

# Universitätsbibliothek Wuppertal

## Opera Ciceronis Epistolica

Cicero, Marcus Tullius

Lvtetiae Parisiorum, ad Eidus Ianuar. Anno. MDXXII. Calculo Roma

Liber primus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-687](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-687)



Epistol. famil. Lib. I. Fo. I.  
MARCI TVLLII CICERO

NIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM  
LIBER PRIMVS.

M. T. CICERO P. LENTVLO PRO  
CONSVLI S. P. D.



GO OMNI OFFICIO, AC POTIVS PIETATE  
erga te, ceteris satisfacio omnibus, mihi ipse nunq̃ sa-  
tisfacio. Tāta enim magnitudo est tuorū erga me me-  
ritorū, vt quoniā tu nisi perfecta re de me nō cōquiescī,  
ego, quia non idem in tua causa efficio, vitā mihi esse  
acerbam putem. In causa hęc sunt. Hammonius Regis  
legatus aperte pecunia nos oppugnat. Res agitur per  
eosdem creditores, per quos, cum tu aderas, agebatur.  
Regis causa si qui sunt, qui velint, q̃ pauci sunt, omnes  
rem ad Pompeium deferri volunt. Senatus religionis  
calumniam nō religione, sed malevolentia, & illius re-  
gię largitionis inuidia comprobatur. Pompeium & hor-  
tari, & orare, & iam liberius accusare, & monere, vt

Religionis  
calumniam.

magnam infamiam fugiat, non desistimus. sed plane nec precibus nostris, nec admonitioni-  
bus reliquit locum. Nam cum in sermone quotidiano, tum in Senatu palam sic egit causam  
tuam, vt neq; eloquentia maiore quisq; nec grauitate, nec studio, nec contentione agere po-  
tuerit, cum summa testificatione tuorum in se officiorum, & amoris erga te sui. Marcellinū  
tibi esse iratum scis. Is hac regia causa excepta, ceteris in rebus se acerrimum tui defensorem  
fore ostendit. Quod dat, accipimus: quod instituit referre de religione, & sępe iam retulit,  
ab eo deduci non potest. Res ante Idus acta sic est. nam hęc Idibus mane scripsi. Hortensii, &  
mea, & Luculli sententia cedit religioni de exercitu. teneri enim res aliter non potest. sed ex  
illo senatusconsulto, quod te referente factum est, tibi decernitur, vt Regem deducas, quod  
cōmode facere possis: vt exercitum religio tollat, te auctorem senatus retineat. Crassus treis  
legatos decernit, nec excludit Pompeium, censet enim etiam ex iis, qui cum imperio sunt. Bi-  
bulus treis legatos ex iis, qui priuati sunt. Huic assentiuntur reliqui consulares, prater Sera-  
uilium, qui omnino reduci negat oportere: & Volcatium, qui Lupo referente, Pompeio decer-  
nit: & Afranium, qui assentitur Volcatio, quę res auget suspicionem Pompeii voluntatis. nā  
aduertebatur Pompeii familiariis assentire Volcatio. Laboratur vehementer. inclinata res  
est. Libonis, & Hipsei non obscura concursatio, & contentio, omniūq; Pompeii familiarium stu-  
dium, in eam opinionem rem adduxerunt, vt Pompeius cupere videatur. Cui qui nolūt, iidē  
tibi, q̃ eum ornasti, non sunt amici: nos in causa auctoritatem eo minorem habemus, q̃ tibi  
debemus. Gratiā autem nostram extinguit hominū suspitio, q̃ Pompeio se gratificari pu-  
tant, vt in rebus multo ante q̃ profectus es, ab ipso Rege, & ab intimis, ac domesticis Pompeii  
clam exulceratis, deinde palam a consularibus exagitatis, & in summā inuidiam adductis, ita  
versamur. Nostram fidem omnes, & amorem tui absentis præsentes tui cognoscent. Si esset  
in iis fides, in quibus summa esse debebat, non laboraremus.

Gratifi-  
cari.

M. T. C. PVBLIO LENTVLO S. P. D.



Dibus Ianuariis in Senatu nihil est cōfectum, propterea q̃ dies magna ex pa-  
te cōsumptus est altercatione Lentuli consulis, & Caninii tribuni plebis. Eo  
die nos quoq; multa verba fecimus, maximeq; visi sumus Senatum commea-  
moratione tuę voluntatis erga illum ordinem commouere. Itaq; postridie  
placuit, vt breuiter sententias diceremus. videbatur enim reconciliata nobis  
voluntas senatus esse, quod tum dicendo, tñ singulis appellandis, rogandisq;



## Epistolarum Familiarium

perspexeram. Itaque cum sententia prima Bibuli pronunciata esset, ut tres legati regem reducerent: secunda Hortensii, ut tu sine exercitu reduceres: tertia Volcatii, ut Pompeius reduceret: postulatam est, ut Bibuli sententia diuideretur, quatenus de religione dicebat: cui rei quia iam obfisti non poterat, Bibulo assensum est de tribus legatis. frequētes ierūt in alia omnia. Proxima erat Hortensii sententia, cui Lupus Tribunus plebis, quod ipse de Pompeio retulisset, interdere coepit, ante se oportere discessionem facere, quod consules eius orationi vehementer ab omnibus reclamatum est. Erat enim & iniqua, & noua. Consules neque concedebant, neque valde repugnabant. Diem consumi volebant, id quod est factum, perspiciebant enim in Hortensii sententiam multis partibus plures ituros, quod aperte Volcatio assentirentur. multi rogabantur, atque id ipsum consulibus inuitis, nam si Bibuli sententiam valere cupierunt. Hac controuersia usque ad noctem ducta, Senatus est dimissus, & ego eo die casu apud Pompeium coenauī, nactusque tempus hoc magis idoneum, quam unquam antea: quod post tuum discessum, is dies primus honestissimus nobis fuerat in senatu. ita sum cum illo locutus, ut mihi viderer animū hominis ab omni alia cogitatione ad tuam dignitatem tuendam traducere, quem ego ipsum cum audio, prorsus eum libero omni suspitione cupiditatis: cum autem eius familiaris omnium ordinem video, perspicio id, quod iam omnibus est apertum, totam rem istam iam pridem a certis hominibus non inuito rege ipso, consiliariisque eius, esse corruptam. Hanc scripsi ad. XVI. Cal. Feb. ante lucem. Eo die senatus erat futurus. Nos in senatu, quemadmodum spero, dignitatem nostram, ut potest, in tanta hominum perfidia, & iniquitate retinebimus. Quod ad popularem rationem attinet, hoc videmur esse consecuti, ut ne quid agi cum populo, aut saluis auspiciis, aut saluis legibus, aut denique sine vi possit. De his rebus pridie, quam hanc scripsi, senatus auctoritas grauissima intercesserat: cui cum Cato, & Caninius intercessissent, tamen est perscripta, eam ad te missam esse arbitror. De ceteris rebus quicquid erit actum, scribam ad te, & ut quicquid sine agantur, omni mea cura, opera, diligentia, gratia, providebo. Vale.

M. T. C. PVBLIO LENTVLO. S. P. D.

Comendatitia.



Gratiosus.

Vlo Trebonio, qui in tua provincia magna negotia & ampla, & expedita habet, multos annos vtor valde familiariter. Is cum antea, & suo splendore, & nostra, ceterorumque amicorum commendatione gratissimus in provincia semper fuit: tum hoc tempore propter tuum in me amorem, nostramque necessitudinem vehementer confidit his meis literis se apud te gratiosum fore: quare ne spes eum fallat: vehementer te rogo, commendoque tibi eius omnia negotia, liberos, procuratores, familiam. In primisque, ut quare Titus Appius de eius re decreuerit, ea comprobe: omnibusque rebus eum ita tractes, ut intelligat nostram commendationem non vulgarem fuisse. Vale.

M. T. C. PVBLIO LENTVLO. S. P. D.

Pridie eius dici.



D. XVI. Calen. Feb. cum in senatu pulcherrime staretis, quod iam illam sententiam Bibuli de tribus legatis pridie eius diei fregeramus, unquam cernamē esset relictum, sententia Volcatii, res ab aduersariis nostris extracta est variis calumniis. causam enim frequenti senatu in magna varietate, magnaque inuidia eorum, qui a te causam regiam alio transferrebant, obtinebamus. Eo die acerbum habuimus Curionem. Bibulum multo iustiores, pene etiam amicum. Caninius, & Cato negarunt se ullam legem ante comitia esse laturos. Senatus haberi ante Cal. Februa, per legem Pupiam, id quod scis, non potest, neque mense Februa, toto, nisi perfectis, aut reiectis legationibus. Hanc tamen opinio est Populi Romani, a tuis inuidis, atque obrectatoribus nomen inductum fidei religionis, non tam ut te impedirent, quam ut ne quis propter exercitus cupiditatem Alexandriam vellet ire. Dignitatis autem tuae nemo est quin existimet habitam esse rationem ab senatu. Nemo est enim, qui nesciat quo minus discessio fieret, per aduersarios tuos esse factum. Qui nunc Populi Romani nomine, re autem vera sceleratissimo latrocinio, siqua conabuntur agere, satis prouisum est, ut ne quid saluis auspiciis, aut legibus, aut iam sine vi agere possint. Ego neque de meo studio, neque de nonnullorum iniuria scribendum mihi esse arbitror. Quid enim aut me ostentem, qui si vitam pro tua dignitate profundam, nullam partem videar tuorum meritorum affecutus: aut de aliorum iniuriis querar: quod sine summo dolore facere non possum. Ego tibi in hac praesertim imbecillitate magistratum



præstare nihil possum: at ea excepta possum confirmare te, & Senatus, & populi Romani summo studio, amplitudinem tuam retenturum. Vale.

M. T. C. PVBLIO LENTVLO S. P. D.



Amet si mihi nihil fuit optatius, quàm ut primum abs te ipso, deinde a ceteris omnibus, quigratissimus erga te esse cognosceret, tamen afficior summo dolore eiusmodi tempora post tuam protectionem consecuta esse, ut & meam, & ceterorum erga te fidem, & benevolentiam absens experirere. Te autem videre & sentire eandem fidem hominum in tua dignitate, quam ego in mea salute sum expertus, ex tuis literis intellexi. Nos cum maxime consilio, studio, labore, gratia, de causa regia niteremur, subito exorta est nefaria Catonis promulgatio, quæ nostra studia impediret, & animos a minore cura ad summum timorem traduceret. Sed tamen in eiusmodi rerum perturbatione, quæ omnia sunt metuenda, nihil magis, quàm perfidiam timeamus, & Catoni (quoquo modo quidem se res habeat) resistemus. De Alexandrina re, causaque regia tantum habeo polliceri, me tibi absenti, tuisque presentibus cumulate satisfacturum. Sed vereor, ne aut eripiat a nobis regia causa, aut deseratur: quorum utrum minus velim, non facile possum estimare. Sed si res coget, est quiddam tertium, quod neque Selicio, nec mihi displicebat, ut neque iacere regem pateremur, nec nobis repugnantibus ad eum deferri, ad quem prope iam delatum esse existimatur. A nobis agentur omnia diligenter: ut neque, si quid obtineri poterit, non contēdimus: nec, si quid non obrinuerimus, repulsi esse videamur. Tuæ sapientiæ, magnitudinisque animi est, omnem amplitudinem, & dignitatem tuam in virtute, atque in rebus gestis tuis, atque in tua gravitate positam existimare. Si quid ex his rebus, quas tibi fortuna elargita est, non nullorum hominum perfidia detraxerit, id maiori illis fraudi, quàm tibi futurum. A me nullum rebus pretermittitur de tuis rebus & agendi, & cogitandi, utroque ad omnia Q. Selicio. Neque enim prudentiorem quenquam ex tuis, neque fide maiore esse iudico, neque amantiorem tui. Hic quæ agantur, quæque acta sint, ea te, & literis multorum, & nunciis cognoscere arbitror: quæ autem posita sunt in coniectura, quæque mihi videtur fore, ea puto tibi a me scribi oportere. Posteaquæ Pompeius apud populum ad octavum Idus Februarias, cum pro Milone diceret, clamore, convitiisque iactatus est: in senatuque a Catone asperere, & acerbè nimium magno silentio est accusatus: visus est mihi vehementer esse perturbatus. Itaque Alexandrina causa quæ nobis adhuc integra est (nihil enim tibi detraxit Senatus, nisi id, quod per eandem religionem dari alteri non potest) videtur ab illo plane esse deposita. nunc id speramus, idque molimur, ut cum Rex intellegat sese id quod cogitabat, ut a Pompeio reducat, assequi non posse: & nisi per te sit restitutus, desertum se, atque abiectum fore: proficiscatur ad te. Quod sine ulla dubitatione, si Pompeius paulum modo ostenderit sibi placere, faciet. Sed nostri hominis tarditatem, & taciturnitatem. Nos tamen nihil quod ad eam rem pertinet, pretermittimus. Ceteris iniuriis, quæ propositæ sunt a Catone, facile, ut spero, resistemus. Amicum ex consularibus neminem tibi esse video, præter Hortensium, & Lucullum: ceteri sunt partim obscurius iniqui, partim non dissimulanter irati. Tu fac animo fortis, magnosque sis: speresque fore, ut fracto impetu leuissimi hominis, tuam pristinam dignitatem, & gloriam consequare.

M. T. C. PVBLIO LENTVLO S. P. D.



Quæ gerantur accipies ex Pollione, qui omnibus negotiis non interfuit solum, sed præfuit. Me in summo dolore, quem in tuis rebus capio, maxime scilicet consolatur spes, quod valde suspicor fore, ut infringatur hominum improbitas, & consiliis tuorum amicorum, & ipsa die, qua debilitantur cogitationes, & inimicorum, & proditorum. Facile secundo loco me consolatur recordatio meorum temporum, quorum imaginem video in rebus tuis. Nam etiam minore in re violatur tua dignitas, quàm mea salus afflictâ sit: tamen est tanta similitudo, ut sperem te mihi ignoscere, si ea non timuerim, quæ ne tu quidem unquam timenda duxisti. Sed præsta te eum, qui mihi a teneris (ut Græci dicunt) vnguiculis es cognitus. Illustrabit (mihi crede) tuam amplitudinem hominum iniuria. A me omnia summa in te studia, officiaque expecta. non fallam opinionem tuam. Vale.

Nō intera  
fuit solum,  
sed præfuit.

A teneris  
vnguiculis



# Epistolarum familiarium

M. T. C. PVBLIO LENTVLO S. P. D.



Egi tuas literas, quibus ad me scribis gratū tibi esse, q̄ crebro certior per me-  
fias de omnibus rebus, & meā erga te beneuolentiā facile perspicias, quorum  
alterum mihi, vt te plurimū diligā, facere necesse est, si volo is esse, quem tu  
me esse voluisti, alterum facio libenter, vt quoniā interuallo locorum, & tem-  
porum disiūcti sumus, per literas tecū q̄sepissime colloquar. Quod si rarius  
fiet, q̄ tu expectabis, id erit cause, q̄ nō eius generis meę literę sunt, vt eas au-  
deam temere cōmittere. Quoties mihi certorū hominū potestas erit, quibus recte dem, non  
prętermittam. Q̄ scire vis qua quisq̄ in te fide sit, & voluntate, difficile dictū est de singulis.  
Vnum illud audeo, qđ antea tibi sepe significauī, nūc quoq̄ re perspecta, & cognita scribere:  
vehementer quosdā homines, & eos maxime, qui & te maxime debuerunt, & plurimū iuuā-  
re potuerūt, inuidisse dignitati tuę, simillimāq̄ in re dissimili, tui tēporis nūc, & nostri quon-  
dam fuisse rationem: vt quos tu reip. causa lēseras, palā te oppugnarent: quorū auctoritatem,  
dignitatē, voluntatēq̄ defenderas, nō tam memores essent virtutis tuę, q̄ laudis inimici. Quo  
quidem tēpore, vt perscripsi ad te antea, cognoui Hortensiu percupidū tui, studiosum Lucul-  
lum, ex magistratibus autē L. Rutiliū, & fide, & animo singulari. Nam nostra propugnatio, ac  
defensio dignitatis tuę, propter magnitudinē beneficii tui fortasse plerisq̄ officii maiore au-  
toritatem habere videat, q̄ sententię. Pręterea quidē de consularibus nemini possum, aut stu-  
dii erga te, aut officii, aut amici animi esse testis. Etem Pompeiū, qui mecū sepissime, nō solū  
a me prouocatus, sed etiā sua sponte de te cōmunicare solet, scis tēporibus illis non sepe in se-  
natu fuisse. Cui quidē literę tuę, quas proxime miseras, qđ facile intellexerim, periucundę fue-  
runt. Mihi quidē humanitas tua, vel summa potius sapientia nō iucunda solū, sed etiā admi-  
rabilis visa est. Virū em̄ excellentē, & tibi tua pręstati in eū liberalitate deuinctū, nonnihil su-  
spicantē ppter aliquorū opinione cupiditatis suę te ab se abalienatū, illa epistola retinui.  
Qui mihi cū semper tuę laudi fauere visus est, etiā ipso suspiciosissimo tēpore Caniniano, tū  
vero lectis tuis literis perspectus est a me toto animo de te, ac de tuis ornāmētis, & cōmodis  
cogitare. Quare ea quę scribā, sic habeto: me cū illo re sepe cōmunicata de illius ad te senten-  
tia, atq̄ auctoritate scribere: qm̄ senatusconsultū nullū extat quo reductio Regis Alexandrini  
tibi adēpta sit: eaq̄ q̄ de ea scripta est auctoritas, cui scis intercessum esse, vt ne quis omnino  
regē reduceret, tantā vim habet, vt magis iratorū hominū studiū, q̄ cōstantis senatus consi-  
liū esse videat: te posse perspicere, qui Ciliciā, Cyprūq̄ teneas, quid efficere, & quid consequi  
possis: & si res facultatē habitura videat, vt Alexandriā, atq̄ Aegyptū tenere possis, esse & tuę,  
& nostri imperii dignitatis, Ptolemaide, aut aliquo propinquo loco rege collocato, te cum  
classe, atq̄ exercitu proficisci Alexandriā, vt eā cū pace, pręsidisq̄ firmaris, Ptolemęus redeat  
in regnū: ita fore, vt p te restituat, quēadmodū senatus initio censuit, & sine multitudine re-  
ducat, quēadmodū hoies religiosi Sibyllę placere dixerunt. Sed hęc sentētia sic, & illi, & no-  
bis probabat, vt ex euentu hoies de tuo cōsilio existimatuos videremus. si cecidisset vt vo-  
lumus, & optamus, omneis te & sapienter & fortiter: sin aliquid esset offensum, eosdē illos, &  
cupide, & temere fecisse dicturos. Quare quid assequi possis, nō tam facile est nobis, q̄ tibi, cui  
prope in conspectu Aegyptus est, iudicare. Id quidē, nos hoc sentimus, si exploratum tibi sit  
posse te illius regni potiri, non esse cunctandū sin dubium, non esse conandum. Illud tibi affir-  
mo: si rem istam ex sententia gesseris, fore, vt absens a multis: cū redieris, ab omnibus collau-  
dere. Offensionē esse periculosam ppter interpositam auctoritatē, religionēq̄ video. Sed ego  
te vt ad certam laudem adhortor, sic a dimicatione deterreo: redeoq̄ ad illud, qđ initio scri-  
psi: totius facti tui iudiciū, non tam ex consilio tuo, q̄ ex euentu homines esse facturos. Q̄  
si hęc ratio rei gerendę periculosa tibi videbitur, placebat illud, vt si rex amicis tuis, qui per  
prouinciā imperii tui, pecunias ei credidissent, fidem suam pręstitisset, & auxiliis eum tuis  
& copiis adiuuaret. eam esse naturam, & regionem prouincię tuę, vt illius reditum, vel adiu-  
uando confirmares, vel negligendo impedires. In hac ratione quid res, quid causa, quid tem-  
pus ferat, tu facillime, optimeq̄ perspicias. quid nobis placuisset, ex me potissimū putauī te sci-  
re oportere. Q̄ mihi de nostro statu, de Milonis familiaritate, & leuitate, & imbecillitate Clo-  
dii gratularis, minime miramur te tuis, vt egregiū artificē pręclaris operibus letari, qđ inest  
incredibilis hominū peruersitas (grauiori em̄ verbo vtī nō libet) q̄ nos quos fauēdo in cōmu-  
nī causa retinere potuerūt, inuidēdo abalienauerūt: quorū maleuolētissimis obrectationibus

Peruersitas



nos scito de vetere illa nostra, diuturna<sup>q</sup> sententia ppe iā esse depulsos. nō nos qdē vt nostrē dignitatis simus obliti, sed vt habeamus rationem aliquando etiam salutis. Poterat vtrunq; praeclare, si esset fides, si grauitas in hominibus consularibus: sed tanta est in plerisq; leuitas, vt eos non tam constantia in repu. nostra delectet, q̄ splendor offendat. Qd̄ eo liberius ad te scribo, q̄ non solū temporibus iis, quē per te sum adeptus, sed etiā olim nascenti prope nostrē laudī, dignitatī, virtutiq; praefuisti: simul q̄ video, non, vt antehac putabā, nouitati esse inuifum me: in te em̄ homine omnium nobilissimo similia inuidorū vitia perspexi, quē tamen illi esse in principibus facile sunt passi, euolare altius certe noluerūt. Gaudeo tuā dissimilem fuisse fortunā. multū em̄ interest, vtrū laus minuat, an salus deferatur. Me meē tamē ne nimis poeniteret, tua virtute perfectū est. Curaſti em̄ vt plus additū ad memoriā nominis nostri, q̄ ademptū de fortuna videret. Te vero moneo cū beneficiis tuis, tū amore incitat<sup>9</sup> meo, vt omnem gloriā, ad quā a pueritia inflāmat<sup>9</sup> fuisti, omni cura, atq; industria consequare, magnitudinēq; animi tui, quā ego semp sum admiratus, semperq; amaui, ne vnq̄ inſectas cuiusq; iniuria. Magna est hominū opinio de te, magna cōmendatio liberalitatis, magna memoria consulatus tui. Hec pfecto vides quāto expressiora, quantoq; illustriora futura sint, cum aliquantū ex prouincia, atq; ex imperio laudis accesserit. q̄ te ita gerere volo, quē per exercitum, atq; imperiū gerēda sunt, vt hec multo ante meditare, huc te pares, hec cogites, ad hec te exerceas, sentiasq; id, qd̄ quia semp sperasti, non dubito quin adeptus, intelligas te facillime posse obtinere summū, atq; altissimū gradū ciuitatis. Quē qdē mea cohortatio, ne tibi inanis, aut sine causa suscepta videat, illa me ratio mouet, vt te ex nostris euētis cōmunibus ad monendū putarē, vt cōsiderares in omī reliqua vita, qbus crederes, quos caueres. Qz scribis te velle scire, q̄ sit reipub. status, summa dissensio est, sed cōtentio dispar. Nā q̄ plus opibus, armis, potētia valēt, perfecisse tantū mihi vident stultitia, & inconstantia aduersariorū, vt etiā auctoritate iā plus valerent. Itaq; per paucis aduersantibus, oīa, quā ne per populū qdem sine seditione se assequi arbitrabant, per senatū cōsecuti sunt. nam & stipendium Caesari decretum est, & decē legati: & ne lege † Trebonia succederetur, facile pfectū est. Qd̄ ego ad te breuius

Euenta.

† Sēpronīa

M.T.C. PVBLIO LENTVLO S.P.D.

**D**E omnibus rebus, quā ad te pertinent, quid actum, quid constitutum sit, qd̄ Pompeius suscepit, optime ex Emplatorio cognosces: qui non solū interfuit his rebus, sed etiam praefuit, neq; vllū officium erga te hominis amantissimi, prudentissimi, diligentissimi praetermisit. Ex eodem de toto statu rerum cōmunium cognosces: quā quales sint, non facile est scribere. sunt quidē certe in amicorum nostrorum potestate, atq; ita, vt nullam mutationem vnq̄ hac hominum atate habitura res esse videatur. Ego quidem, vt debeo, & vt tute mihi praecepisti, & vt me dignitas, vtilitasq; cogit, me ad eius rationes adiungo, quem tu in meis rationibus tibi esse adiungendum putasti. Sed te non praeterit, q̄ sit difficile, sensum in Repub. praefertim rectum, & confirmatum deponere. Verūtamen ipse me cōfirmo ad eius voluntatem, a quo honeste dissentire non possum: neq; id facio (vt forsitan quibusdam videor) simulatione, tantum enim animi inductio, & mehercule amor erga Pompeiū apud me valet, vt quē illi vtilia sunt, & quē ille vult, ea mihi oīa iā & recta, & vera videatur. Neq; (vt ego arbitror) errarent, ne aduersarii qdē eius, si cū pares esse non possent, pugnare desisterēt. Me q̄dem & illa res consolatur, q̄ ego is sum, cui vel maxime cōcedāt omēs, vt vel ea defendā, quā Pompeius velit, vel taceā, vel etiam id, qd̄ mihi maxime lubet, ad nostra studia me referā literarum. quod profecto faciam, si mihi per eiusdem amicitiam licebit. Quā enim proposita fuerant nobis, cum & honorib<sup>9</sup> amplissimis, & laboribus maximis perfuncti essemus, dignitas in sententiis dicēdis, libertas in Rep. capeſſenda, ea sublata tota, sed nec mihi magis, q̄ omnibus.



## Epistolarum familiarium

Nā aut assentiendū est nulla cū grauitate paucis, aut frustra dissentiendum. Hæc ego ad te ob eā causam maxime scribo, vt iā de tua quoq; ratione meditare. Cōmutata tota ratio est senatus, iudiciorum, rei totius publicæ: otium nobis exoptandū est, qđ iī, qui potiuntur rerū, præstaturi videntur, si quidam homines patientius eorum potentiam ferre potuerint. Dignitatem quidem illam consularem fortis, & cōstantis senatoris, nihil est qđ cogitemus. Amissa est culpa eorum, qui a senatu, & ordinē coniunctissimū, & hominē clarissimum abalienauerunt. Sed vt ad ea, quæ coniunctiora rebus tuis sunt, reuertar: Pompeium tibi valde amicū esse cognoui, & eo consule (quantū ego perspicio) omnia, quæ voles, tu obtinebis: quibus in rebus me ille sibi affixū habebit, neq; a me vlla res, quæ ad te prīneat, negligetur. Neq; em̄ verebimur ei molestus, cui iucundū erit, etiā propter id ipsum, qđ me esse gratum videbit. Tu velim tibi ita persuadeas, nullā rem esse minimā, quæ ad te pertineat, quæ mihi non charior sit, q̄ meæ res omnes. Idq; cum sentiam, sedulitate mihi met ipse satisfacere possum: re quidē ipsa, ideo mihi nō satisfacio, qđ nullā partē tuorū meritorū nō modo referenda, sed ne cogitanda quidē gratia, consequi possum. Rem te valde bene gessisse rumor erat. Expectabant literę tuę, de quibus eramus iam cum Pompeio locuti: quæ si erunt allatę, nostrū studium extabit in cōueniendis magistratibus, & senatoribus. Cætera, quæ ad te pertinebunt, cum etiam plus contenderimus, q̄ possumus, minus tamen faciemus, q̄ debemus.

M.T.C. PVBLIO LENTVLO. S.P.D.



Eriucundę mihi fuerūt literę tuę, quibus intellexi te perspicere meā in te pietatem. quid enim dicam beneuolentiā: cū illud ipsum grauissimū, & sanctissimū nomē pietatis leuius mihi meritis erga me tuis esse videatur? Quæ autem grata tibi mea erga te studia scribis esse, facis tu qđ abūdantia quadā amoris, vt etiā grata sint ea, quæ prætermitti sine nefario scelere non possunt. Tibi autē multo notior, atq; illustrior meus in te animus esset, si hoc tempore omī, quo se iuncti fuimus, & vna, & Romę fuisset. Nā in eo ipso, qđ te ostēdis esse facturū, qđq; & in primis potes, & ego a te vehemēter expecto, in sententiis senatoriis, & in omī actione, atq; administratione reip. floruissemus, de qua ostēdā eqđ paulopost, qđ sit meus sensus & status, & rescribā tibi ad ea, quæ q̄ris. Sed certe & ego te auctore amicissimo ac sapiētissimo, & tu me cōsiliario fortasse nō imperitissimo, fideli qđē, & beneuolo certe vsus esses. q̄q; tua qđ causa te esse īperatorē, puinciāq; bene gestis rebus cū exercitu victore obtinere, vt debeo, letor. Sed certe qđ tibi ex me fruct⁹ debent, eos vberiores, & p̄statioreis p̄sens capere potuisses. In eis vero vlciſcendis, quos tibi partim inimicos esse intelligis p̄pter tuā ppugnationē salutis meę, partim inuidere, p̄pter illius actionis amplitudinē & gloriā, mirificū me tibi comitē præbuissem: q̄q; ille perennis inimicus amicorū suorū, qui tuis maximis beneficiis ornatus, in te potissimum fractam illam, & debilitatam vim suam contulit, nostram vicem vltus est ipse sese. Ea est enim conatus, quibus patefactis, nullam sibi in posterum non modo dignitatis, sed ne libertatis quidem partem reliquit. Te autem etsi mallem in meis rebus expertum, qđ etiam in tuis, tamen in molestia gaudeo, eā fidem cognoscere hominū non ita magna mercede, quā ego maximo dolore cognorā: de qua ratione tota iam videtur mihi exponendi tempus dari, vt tibi rescribā ad ea, quæ quæris. Certiorē te per literas scribis esse factū, me cum Cæsare, & cū Appio esse in gratia, teq; id non reprehendere adscribis. Vatiniū autē scire te velle ostēdis, quibus rebus adductus defenderim, & laudarim. Qđ tibi, vt plenius exponā, altius paulo rationē meorū consiliorū repetā, necesse est. Ego me Lentule initio rerū, atq; actionū tuarū non solum meis, sed etiam reipub. restitutum putabam: & quoniā tibi incredibilem quendā amorem, & omnia in te ipsum summa, ac singularia studia deberem, reipub. quæ te in me restitue do multum adiunxisset, eum certe me animum merito ipsius debere arbitrabar, quem antea tantummodo communi officio ciuium non aliquo erga me singulari beneficio debitum præstitissem. hac me mente fuisse, & senatus ex me te cōsule audiuit, & tu in nostris sermonibus, colloctionibusq; ipse vidisti, etsi iā primis tēporibus illis multis rebus meus offendeat animus, cū te agere de reliqua nostra dignitate, aut occulta nōnullorū odia, aut obscura in me studia cernebā. Nā neq; de monimētis meis ab iis adiutus es, a q̄b⁹ debuisti, neq; de vi nefaria qua cū fratre erā domo expulsus, neq; Hercule in iis ipsis rebus, quæ q̄q; erant mihi propter

Nostrā vicē vltus est sese.

Esse in gratia cū Cæs.



rei familiaris naufragia, necessarię, tamen a me minimi putabant in meis damnis ex auctoritate senatus refarciendis: eam voluntatem, quā expectaram, presterunt. Quę cum viderem (ne quę enim erant obscura) non tamen tam acerba mihi hęc accidebant, quę erant illa grata, quę fecerant. Itaque quę & Pompeio plurimū te quidē ipso predicatorē, ac teste debebā, & cū non solum beneficio, sed amore etiam, & perpetuo quodam iudicio meo diligebam, tamen non reputans **Reputans.** quid ille vellet, in omnibus meis sententiis de repu. pristinis permanebam. Ego sedente Cn. Pompeio, cum vt laudaret Pompeium, P. Sextius introisset in urbem, dixissetque testis Varinius me fortuna & felicitate Cæsaris commotum illi amicum esse coepisse: dixi me eam Bibuli fortunam quā ille afflictā putarer, omnium triumphis, victoriisque anteferre: dixique eodem teste alio loco, eosdem esse, qui Bibulum exire domo prohibuissent, & qui me coegissent. Tota vero in interrogatio mea nihil habuit, nisi reprehensionem illius tribunatus. in quo omnia dicta sunt libertate, animoque maximo de vi, de auspiciis, de donatione regnorum, neque vero hac in causa modo, sed constanter sepe in senatu, quin etiā Marcello, & Philippo consulis Nonis Aprilibus mihi est senatus assensus, vt de agro Campano frequenti senatu Idibus Maiis referretur. Non potui magis in arcem illius causę inuadere, aut magis obliuisci temporū meorum, & meminisse actionum. Hac a me sententia dicta, magnus animorum motus est factus, cum eorum quorum oportuit, tum illorum etiam, quorum nunquam putaram. Nam hoc senatusconsulto in meam sententiā facto, Pompeius cū nihil mihi ostendisset se esse offensum, in Sardinia, & in Aphricam profectus est, eoque itinere Lucā ad Cæsarem venit: vbi multa de mea sententiā questus est Cæsar: quippe quę etiam Rauennę Crassum ante vidisset, ab eoque in me esset incensus. Sane molestē Pompeium id ferre constabat: quod ego cum audissem ex aliis, maxime ex meo fratre cognoui: quem cum in Sardinia Pompeius paucis post diebus, quę Luca discesserat, conuenisset, te ipsum inquit cupio, nihil opportunius potuit accidere: nisi cū Marco fratre diligenter egeris, dependendum tibi est, quod mihi pro illo spopodisti. Quid multa! questus est grauiter, sua merita commemorauit, quid egisset sapissime de actis Cæsaris cum ipso meo fratre, quidque si bi is de me recepisset, in memoriam redegit: sequę, quę de mea salute egisset, voluntate Cæsaris egisse, ipsum meum fratrem testatus est: cuius causam, dignitatemque, mihi vt commēdaret rogauit, vt eam ne oppugnarem, si nollem, aut non possem tueri. Hac cum ad me frater pertulisset, & cum tamen Pompeius ad me cū mandatis Vibullii misisset, vt integrum mihi de causa Campana ad suū reditum reseruarem, collegi ipse me, & cum ipsa quasi Repub. collocutus sum, vt mihi tam multa pro se perperasso, atque perfuncto concederet, vt officium meum, memorumque in benemeritos animum, fidemque fratris mei prestarem: eumque, quem bonum ciuē semper habuisset, bonum virum esse pateretur. In illis autem meis actionibus, sententiisque omnibus, quę Pompeium videbantur offendere, certorum hominum, quos iam debes suspicari, sermones referebantur ad me: qui cum illa sentirent in repu. quę ego agebā, semperque sensissent, me tamen non satisfacere Pompeio, Cæsaremque inimicissimum mihi futurum gaudere se aiebant. Erat hoc mihi dolendum, sed multo magis illud, quod inimicum meum, meum autem! immo legum, iudiciorum, otii, patrię, bonorum omnium, sic amplexabantur, sic in manibus habebant, sic fouebant, sic me presente osculabantur: non illi quidem, vt mihi stomachum facerent, quem ego funditus perdidici, sed certe vt facere se arbitrantur. Hic ego quantum humano consilio efficere potui circūspectis rebus omnibus, rationibusque subductis, summam faci cogitationum mearum omnium, quā tibi, si potero, breuiter exponam. Ego si ab improbis, & subductis perditis ciuibus rempu. teneri viderem, sicut & meis temporibus scimus, & nonnullis aliis accidisse accipimus, non modo non premiis, quę apud me minimū valent, sed ne periculis quidē **summa faci cogita.** compulsus ullis, quibus tamen mouent etiam fortissimi viri, ad eorum causam me adiungerē, ne si summa quidē eorum in me merita constarent, cū aut in rep. Cn. Pompeius princeps esset vir is, qui hanc potentiā, & gloriam maximis in rempu. meritis, prestantissimisque rebus gestis esset consecutus, cuiusque ego dignitatis ab adolescentia fautor, in p̄tura autē, & in consulatu adiutor **Fautor dignitatis.** etiā extitissim: cuique idē auctoritate, & sententiā per se, consiliis, & studiis tecū me adiuuisset, meūque inimicū, vñū in ciuitate haberet inimicū: non putaui famā inconstantię mihi pertimescendā si quibusdā in sententiis paulū me immutassim, meaque voluntatē ad summū viri, de meque optime meriti dignitatē aggregassim. In hac sententiā cōplectēdus erat mihi Cæsar, vt vides, in cōiuncta & causa & dignitate. Hic multū valuit tū vetus amicitia, quā tu non ignoras mihi, & Q. fratri cū Cæsare fuisse: tū humanitas ei, ac liberalitas breui tempore & literis & officiis p̄p̄



## Epistolarum familiarium

et a nobis & cognita. Vehementer etiam res ipsa pu. me mouit, quæ mihi videbatur contentio  
 nem præsertim maximis reb<sup>9</sup> a Cæsare gestis cum illis viris nolle fieri, & ne fieret vehemēter  
 recusare. Grauiſſime autē me in hanc mentē impulit & Pompeii fides, quā de me Cæsari dede-  
 rat: & fratris mei, quā Pōpeio. Erant p̄terea hæc animaduertenda in ciuitate, q̄ sunt apud Pla-  
 tonem nostrū scripta diuinitus. QVALES IN REPUBLICA PRINCIPES essent, taleis rea-  
 liquos solere esse ciueis. Tenebam memoria nobis consulibus ea fundamenta iacta ex Calē. Ia-  
 nuariis confirmādi senatus, vt neminē mirari oporreret Nonis Decēbris tantū vel animi  
 fuisse in illo ordine, vel auctoritatis. Idēq; meminera nobis priuaris vsq; ad Cēsare, & Bibulū  
 consules, cū sentētię nostrę magnum in senatu pondus haberent, vnū fere sensum fuisse bono-  
 rum omniū. Postea cū tu Hispaniā citeriorem cū imperio obtineres, neq; resp. consules habe-  
 ret, sed mercatores prouinciarum, & seditionum seruos, ac ministros: iecit quidā casus caput  
 meum quasi certaminis causa, in mediam contentionem, dissensionemq; ciuilē. quo in discris-  
 mine, cum mirifica senatus, incredibilis Italię torius, & singularis bonorū omniū consensio  
 in me tuendo extitisset, non dicam quid acciderit, (multorum est enim, & varia culpa) tantū  
 dicam breuī non mihi exercitum, sed duces defuisse: in quo, vt iam sit in iis culpa, qui me nō  
 defenderunt, nō minor est in iis, qui reliquerūt: & si accusandī sunt, qui pertimuerunt, magis  
 etiā reprehendēdi, qui se timere simularunt. illud quidē certe nostrū cōsiliū iure laudādū est,  
 qui meos ciueis, & a me conseruatos, & me seruare cupienteis, spoliatos ducibus, seruis ar-  
 matis obici noluerim, declarareq; maluerim, quanta vis esse potuisset in consensu bonorum,  
 si ii pro me stante, pugna non destitissent, cum afflictū excitare potuissent. Quorū quidē ani-  
 mum tu non perspexisti solum, cum de me ageres, sed etiā confirmasti, atq; tenuisti. Qua in  
 causa non modo non negabo, sed etiam semper & meminero, & prædicabo libenter, vsus es q̄-  
 busdam hominibus nobilissimis fortioribus in me restituendo, q̄ fuerant iidem in tenendo,  
 qua in sententia si constare voluissent, suam auctoritatem simul cū salute mea recuperassent.  
 Recreatis enim bonis viris consularu tuo, & constantissimis, atq; optimis actionibus tuis ex-  
 citatis, Cn. Pompeio præsertim ad causam adiuncto, cum etiam Cæsar rebus maximis gestis,  
 singularibus ornatus, & nouis honoribus, ac iudiciis senatus ad auctoritatem eius ordinis  
 adiungeretur, nulli improbo ciui locus ad remp. violandā esse potuisset. Sed attende quæso,  
 quæ sint consecuta, primum illa furta muliebriū religionum: qui nō pluri fecerat Bonā deā,  
 q̄ treis sorores, impunitatem scelerum, eorum sententiis affectus: † cum tribunus pleb. pœ-  
 nas a seditioso ciue per bonos viros iudicio persequi vellet: exemplū præclarissimū in posterū  
 vindicandę seditionis de rep. sustulerūt: iidemq; postea nō meū monimentum, non em̄ illę ma-  
 nubię meę, sed operis locatio mea fuerat, monimentū vero senatus, hostili nomine, & cruētis  
 iniustum literis esse passi sunt. Qui me homines, q̄ saluum esse voluerūt, est mihi gratissimū:  
 sed vellem non solum salutis meę, quemadmodū medici, sed etiam, vt aliptę, viriū, & colo-  
 ris rationem habere voluissent. nunc vt Apelles Veneris caput, & summa pectoris politissi-  
 ma arte perfecit, reliquam partem corporis inchoatā reliquit: sic quidam homines in capite  
 meo solū elaborarūt, reliquū corpus imperfectū, ac rude reliquerūt. In quo ego spem fefelli nō  
 modo inuidorum, sed etiam inimicorum meorū: qui de vno acerrimo, & fortissimo viro, meo  
 q̄ iudicio omniū magnitudine animi, & constantia præstātissimo Q. Metello Lucii filio quon-  
 dam falsam opinionem acceperunt, quem post reditum dicitāt fracto animo, & demisso fuisse.  
 Est vero probandum, qui & summa volūtate cesserit, & egregia animi alacritate abfuerit,  
 neq; sane redire curaret, eum ob id ipsum fractum fuisse, in quo, cū omnes homines, tum M.  
 illum Scaurum singularem virū constantia, & grauitate superasset. Sed qđ de illo acceperāt,  
 aut etiam suspicabantur, de me idem cogitabant, abiectiore animo me futurū, cum respu. ma-  
 iorem etiam mihi animum, q̄ vnq̄ habuissē, daret: quę declarasset sese non potuisse me vno  
 ciue carere: cūq; Q. Metellū vnus tribuni ple. rogatio, me vniuersa resp. duce senatu, comitā-  
 te Italia, promulgātib<sup>9</sup> oibus, referēte cōsule, comitiis cēturiatis, cunctis ordinibus, homini-  
 bus incumbentibus, omnibus deniq; suis virib<sup>9</sup> recuperasset. Neq; vero ego mihi postea quic-  
 q̄ assumpsi, neq; hodie assumo, qđ quenq̄ maleuolentissimū iure possit offendere, tātū enitor,  
 vt neq; amicis, neq; etiam alienioribus opera, cōsilio, labore desim. Hic meę vitę cursus offen-  
 dit eos fortasse, qui splendorē, & speciē huius vitę intueretur: sollicitudinē autē, & laborē perspi-  
 cere nō possunt. Illud vero nō obscure queruntur in meis sentētiis, quibus ornē Cēsare, quasi  
 † descieri. † destiterim pristina causa. Ego autē cū illa sequor, q̄ paulo ante pposui, tum hoc nō in postre-

Plato.

Quidē cer-  
te.

Clodiu in-  
telligit.  
† qui cum.

Medici.  
Aliptę.  
Apellea  
Venus.



mis, de quo ceperam exponere. Non offendes eundē bonorū sensum Lentule, quē reliquisti, qui cōfirmatus cōsulatu nostro, nōnūq̃ postea interruptus, afflictus ante te cōsulē, recreatus abs te totus est, nūc ab iis, a quibus tuēdus fuerat, derelictus: idq̃ nō solū fronte, atq̃ vultu, q̃bus simulatio facillime sustinet, si declarant, qui tum nostro illo statu optimares nominabantur, sed etiam sensu sepe iam, tabellāq̃ docuerunt, itaq̃ tota iam sapientium ciuium, qualem me & esse & numerari volo, & sententiā, & voluntas mutata esse debet. Id em̃ iuber idem ille Plato, quē ego auctorem vehementer sequor: tantū contendere in Repu. quantū probare tuis ciuibz possis: vim neq̃ parenti, neq̃ patriē afferre oportere. Atq̃ hanc quidē ille causam sibi ait non attingendē Reip. fuisse, q̃ cum offendisset populū Atheniensem prope iam desipientem senectute, cūq̃ eū nec persuadēdo, nec cogēdo regi posse vidisset, cū persuaderi posse diffideret, cogi fas esse non arbitraret. Mea ratio fuit alia, q̃ neq̃ desipiente populo, neq̃ integre mihi ad consulendū capefferē ne Rēp. implicatus tenebar. Sed letatus tñ sum, q̃ mihi liceret, in eadē causa & mihi vtilia, & cuius bono recta defendere. Huc accessit cōmemoranda quedā, & diuina Cēsaris in me, fratreg̃ meū liberalitas: qui mihi quascūq̃ res gederet, tuendus esset. Nunc in tanta felicitate, tantisq̃ victoriis etiā si nō in nos is esset, qui est, tñ ornandus videret. sic em̃ te existimare velim: cū a vobis meā salutis auctoribus discesserim, neminē esse, cuius officiis me tā esse deuinctū nō solū confitear, sed & gaudeā. qđ quoniā tibi exposui facilia sunt ea, quē a me de Vatiniō, & de Crasso requiris. Nam de Appio qđ scribis sicut de Cēsare te nō reprehendere, gaudeo tibi cōsiliū probari meū. De Vatiniō aut̃ primū reditus intercesserat in gratiā per Pompeiū statim, vt ille pretor factus est, cū quidē ego eius petitionē grauissimis in senatu sentētiis oppugnassem, neq̃ tā illius ledēdi causa, q̃ defendēdi, atq̃ ornādi Catonis: post aut̃ Cēsaris, vt illū defenderē, mira contentio est cōsecuta. Cur aut̃ laudariū peto a te, vt id a me neve in hoc reo, neve in aliis queras, ne tibi ego idē reponā, cū veneris, tamen si possum vel absentī. Recordare em̃, quibz laudationē ex vltimis terris miseris, nec hoc pertimueris. nā a me ipso laudantur, & laudabunt iidē. Sed tñ defendēdi Vatiniū fuit etiā ille stimulus, de quo in iudicio, cū illū defenderē, dixi me facere quiddā, qđ in Eunūcho parasitus suaderet militi. Vbi nominabit Phēdriam, tu Pamphilā cōtinuo, siquādo illa dicet, Phēdriam intromittamus comessatū, tu Pamphilā cantatū prouocemus, si laudabit hęc illius formā, tu huius contra, deniq̃ par pari referto, qđ eā mordeat. Sic petui a iudicibus, vt quoniā quidā nobiles homines, & de me optime meriti nimis amarēt inimicū meū: meq̃ inspectante sepe eū in senatu modo seuerē seducerent, modo familiariter, atq̃ hilare amplexarent: qm̃q̃ illi haberent suū Publiū, darent mihi ipsi aliū Publiū, in quo possem eorū animos mediocriter laceratus leuiter repungere: neq̃ solū dixi, sed etiā sepe facio diis hominibzq̃ approbantibus. Habes de Vatiniō, cognosce de Crasso. ego, cū mihi cū illo magna iā gratia esset, q̃ eius omneis grauissimas iniurias communis concordie causa voluntaria quadam obliuione cōtrieram, repentinam eius defensionem Gabiniū, quem proximis superioribus diebus acerrime oppugnassem, tamen si sine vlla mea contumelia suscepisset, tulissem: sed cum me disputantē, non lacerantem, lesisset, exarsit, non solum presenti (credo) iracundia (nam ea tam vehemens fortasse non fuisset) sed cum inclusum illud odium multarum eius in me iniuriarum, qđ ego effudisse me omne arbitrabar, residuum tamen insciente me fuisset, omne repēte apparuit. Quo quidem tempore ipso, quidam homines, & iidem illi, quos sepe nutu, significationeq̃ appello, cū se maximum fructum cepisse dicerent ex libertate mea: meq̃ tum deniq̃ sibi esse visum reip. qualis fuisset, restitutum: cūq̃ ea contentio mihi magnum etiam foris fructum tulisset: gaudere se dicebant mihi & illum inimicum, & eos, qui in eadem causa essent, nunq̃ amicos futuros. Quorū iniqui sermones cum ad me per homines honestissimos perferrentur, cūq̃ Pompeius ita cōtendisset, vt nihil vnq̃ magis, vt cū Crasso redire in gratiā, Cēsarg̃ per literas maxima se molestia ex illa contentione affectū ostenderet, habui non temporū solū rationē eorū, sed naturē etiā meq̃, Crassusq̃, vt quasi testata populo Ro. esset nostra gratia, pene a meis laribus in puinciā est profectus. nā cū mihi cōdixisset, cōnauit apud me in mei generi Crassipe dis hortis. Quāobrē eius causam, qđ te scribis audisse, magna illius cōmendatione susceptā, defendi in senatu, sicut mea fides postulabat. Accepisti quibz rebz adductus quāq̃ rē, causam q̃ defenderim, quiq̃ me in rep. sit pro mea parte capeffenda status. de quo sic velim statuas: me hęc eadē sensurū fuisse, si mihi integra oīa, ac libera fuissent. Nam neq̃ pugnandū arbitrarer cōtra tātas opes, neq̃ delendū, etiā si id fieri posset, summorū ciuiū principatū, neq̃ per-

Fronte atq̃  
vultu finiu  
latio facillī  
me sustinet  
Plato.

Reponere:

Terētius in  
Eunūcho.  
Par pari re  
ferre.

Repūgere.  
Esset mihi  
gratia cum  
illo.

Redire in  
gratiam.

Condicere:



## Epistolarum familiarium

Sententia  
mutata non  
nunquam sapien-  
ti.

Gratia illu-  
stris.

Manfuetio  
res musae.  
Libri tres  
de Oratore  
Lib. de tempo-  
ribus Cice.

Opus esse,  
necesse non  
esse.

manendum in vna sententia conuersis rebus, ac bonorum voluntatibus mutatis, sed temporibus assentiendum. NVNQVAM ENIM PRAESTANTIBVS In repu. gubernanda viris lau- data est in vna sententia perpetua permanio: sed vt in nauigando tepestati obsequi artis est, etiam si portum tenere non queas: cum vero id possis mutata velificatione assequi, stultum est cum tenere cum periculo cursum, quem ceperis, potius quam eo commutato quo velis tandem peruenire: sic cum omnibus nobis in administranda repu. propositum esse debeat id, quod a me sepius dictum est, cum dignitate otium, NON IDEM SEMPER Dicere, sed idem semper spectare debemus. Quobrem, vt paulo ante posui, si essent omnia mihi solutissima, tamen in repu. non alius essem, atque nunc sum. Cum vero in hunc sensum & alliciar beneficiis hominum, & compellam iniuriis, facile patior ea me de repu. sentire, ac dicere, quem maxime cum mihi, tum etiam reip. rationibus pure conducere. Apertius autem tunc ago, ac sepius, quam & Q. frater meus legatus est Caesaris, & nullum meum minimum dictum, non modo factum pro Cesare intercessit, quod ille non ita illustri gratia exceperit, vt ego eum mihi deum uinctum putarem. Itaque eius omni & gratia, quem summa est, & opibus, quas intelligis esse maximas, sic fruor, vt meis: nec mihi aliter potuisse videor hominum perditorum de me consilia frangere, nisi cum praesidiis iis, quem semper habui, nunc etiam potentium benevolentiam coniunxissem. His ego consiliis si te praesentem habuissem (vt opinio mea fert) essem vsus eisdem. noui enim temperantiam, & moderationem naturae tuae, noui animum, tum mihi amicissimum, tum nulla in ceteros malevolentia suffusum, contraque cum magnum, & excelsum, tum etiam apertum & simplicem. Vidi ego quosdam in te tales, quales tu eosdem in me videre potuisti: quem me mouerunt, mouissent eadem te profecto. Sed quocumque tempore mihi potestas praesentis tui fuerit, tu eris omnium moderator consiliorum meorum, tibi erit eadem, cui salus mea fuit, etiam dignitas curae. me quidem certe tuarum actionum, sententiarum, voluntatum, rerum denique omnium socium, comitemque habebis: neque mihi in omni vita res tam erit vlla proposita, quam vt quotidie vehementius te de me optime meritum esse letere. Quod rogas vt mea tibi scripta mittam, quem post discessum tuum scripserim, sunt orationes quaedam, quas Menocrito dabo, neque ita multae, vt pertimescas. Scripsi etiam carmina quaedam (nam ab orationibus disiungo me fere, referoque ad mansuetiores musas, quem me maxime, sicut iam, a prima adolescentia delectantur). Scripsi etiam Aristotelico more (quemadmodum quidem volui) tres libros in disputatione ac dialogo de Oratore, quos arbitror Lentulo tuo fore non inutiles. Abhorrent enim a communibus praecipis, & omnem antiquorum, & Aristotelicam, & Isocraticam rationem oratoriam complectuntur. Scripsi etiam versibus tres libros de temporibus meis, quos iam pridem ad te misissem, si esse edendos putassem. sunt enim testes, & erunt sempiterni meritorum tuorum erga me, meaque pietatis. sed quia verebar non eos qui se lesos arbitrarent (etiam id feci parce & molaliter), sed eos, quos erat infinitum bene de me meritos omnes nominare, quos tamen ipsos libros, si quem cui recte committam, inuenero, curabo ad te perferendos. Atque istam quidem partem vitae, consuetudinisque nostrae totam ad te deferro. quantum literis, quantum studiis veteribus nostris delectationibus consequi poterimus, id omne ad arbitrium tuum, qui haec semper amas, ea tantae mihi curae sunt, vt me nolum admoneri: rogari vero sine magno dolore vix possum. Quod de Q. fratris negotio scribis: te priore aetate, quam morbo impeditus in Ciliciam non transieris, conficere non potuisse: nunc autem omnia facturum: vt conficias, id scito esse eius modi, vt frater meus vere existimet adiuncto isto fundo patrimonium fore suum per te constitutum. Tu me de tuis rebus omnibus, & de Lentuli tui, nostrisque studiis, & exercitationibus velim quam familiarissime certiores, & quam sepius facias: existimesque neminem cuiquam, neque chariorem, neque iucundiores unquam fuisse, quam te mihi: idque me, non modo vt tu sentias, sed vt omnes gentes, etiam vt posteritas omnis intelligat, esse facturum. Appius in sermonibus antea dictabat, postea dixit etiam in senatu palam: sese (si licitum esset legem Curiatam ferre) sortitum esse cum collega provinciam: si Curiata lex non esset, separaturn cum collega, tibi succedendum: legemque Curiatam consuli ferre opus esse, necesse non esse: se, quoniam ex senatus consulto provinciam haberet, lege Cornelia imperium habiturum, quoad in urbem introisset. Ego quid ad te tuorum quisque necessariorum scribat, nescio. varias esse opiniones intelligo. sunt qui putent posse te non decedere, quam sine lege Curiata tibi succedatur. sunt etiam qui, si decedas, a te relinqui posse, qui provinciae praesit. Mihi non tam de iure certum est (quam ne id quidem valde dubium est) quam illud ad tuam summam amplitudinem, dignitatem, liberalitatem, qua



re scio libentissime frui solere, pertinere te sine ulla mora prouinciam successori concedere, praesertim cum sine suspitione tuae cupiditatis non possis illius cupiditatem refutare. Ego vtrunq; puto meum esse, & quid sentiam ostendere, & quod feceris defendere. Scripta iam epistola superiore accepi tuas literas de publicanis, quibus aequitatem tuam non potui non probare: facilitate quidem quod vellem consequi potuisses, ne eius ordinis quem semper ornasti, rem aut voluntatem offenderes. Equidem non desinam tua decreta defendere, sed nostri consuetudinem hominum, scis quod grauiter inimici illi ipsi Q. Scauolae fuerint. Tibi tamen sum auctor, ut quibus rebus possis, eum tibi ordinem, aut reconcilies, aut mitiges. Id etsi difficile est, tamen mihi videtur esse prudentiae tuae. Vale.

Accepi  
literas.

M.T.C. VALERIO IVRISCONSULTO. S.P.D.




Ut enim tibi hoc non gratificer nescio, praesertim cum his temporibus audacia pro sapientia liceat uti. Lentulo nostro egi per literas tuo nomine gratias diligenter. Sed tu velim desinas iam nostris literis uti, & nos aliquando reuistas, & ibi malis esse ubi aliquo numero sis, quod istuc ubi solus sapere videre, quod qui istinc nunc veniunt, partim te superbum esse dicunt, quod nihil respondeas, partim contumeliosum, quod male respondeas. Sed iam cupio tecum coram iocari. Quare fac ut quamprimum venias, neque in Apuliam tuam accedas, ut possimus saluum te venisse gaudere. Nam illo si veneris, tanquam Vlysses cognosces tuorum neminem. Vale.

Aliquo nu-  
mero.

Vlysses.

M.T. CICERONIS EPISTOLARVM FAMILIARIVM LIBER SECVNDVS.

M.T. CICERO. C. CVRIONI. S.P.D.



VANQVAM ME NOMINE NEGLIGENTIAE SVSPECTUM tibi esse doleo, tamen non tam mihi molestum fuit accusari abs te officium meum, quam iucundum requiri, praesertim cum in quo accusabar culpa vacarem, in quo autem desiderare te significabas meas literas, praeter te fers perspectum mihi quidem, sed tamen dulcem & optatum amorem tuum. Equidem neminem praetermissi, quem quidem ad te peruenturum putarem, cui literas non dederim. Etenim quis est tam in scribendo impiger quam ego a te vero bis, terve ad summum, & eas perbreueis accepi. Quare si iniquus es in me iudex, condemnabo eodem ego te crimine: si me id facere noles, te mihi aequum praebere debebis. Sed de literis hactenus.

Passiva cum  
ablatiuo  
agente.

Non enim vereor ne non scribendo te expleam, praesertim si in eo genere studium meum non aspernabere. Ego te abfuisse tandiu a nobis, & doleo quod carui fructu iucundissimae consuetudinis, & laetor quod absens omnia cum maxima dignitate es consecutus, quod in omnibus tuis rebus meis optatis fortuna respondit. Breue est quod me tibi praecipere meus incredibilis in te amor cogit. Tanta est expectatio vel animi vel ingenii tui, ut ego te obsecrare obtestarique non dubitem, sic ad nos confirmatus reuertare, ut quam expectationem tui concitasti, hanc sustinere ac tueri possis. Et quoniam meam tuorum erga me meritorum memoriam nulla unquam delebit obliuio, te rogo ut memineris, quantacumque tibi accessiones fient & fortunae & dignitatis, eas te non potuisse consequi, nisi meis puer olim fidelissimis atque amantissimis consiliis paruisses. Quare hoc animo in nos esse debebis, ut aetas nostra iam ingrauescens in amore atque in adolescentia conquiescat tua. Vale.

Amantissimi  
consilii.

M.T. CICERO CVRIONI. S.P.D.



Raui recte priuatus sum amoris summi erga te mei, patre tuo clarissimo viro, qui cum suis laudibus, tum vero te filio superasset omnium fortunam, si ei contigisset ut te ante videret, quam a vita discederet. Sed spero non stram amicitiam non egere testibus. Tibi patrimonium dii fortunent. Me certe habebis, cui charus eque sis & periuicudus, ac fuisti patri. Nempe studium non defuit declarandorum munerum tuo nomine, sed nec mihi placet.

Fortunent  
Nuper  
studium.